De morte alicuius Epistola

Reverende in Christo pater ac princeps illustris
Vestre sanctitatis [illegible] intellexi / postquam de morte
magnifici fratris vestri domini [illegible] nec dum Primorij
michi relatum est / sane pro ea amicicia que
michi cum illo erat artissima . propter recordacionem
conversationis vite sue . gravissimo dolore confectus
sum quem michi maxime exacerbant mors
Item Serenissimi Imperatoris nostri Sigismundi
paucos post dies . cum incomodissima totius
christianitatis ~~[illegible]~~ iactura virum excelse substracta
Verum cum considerarem hec casu omni hominum
generi commune esse . dolorem vero mortuis
nichil prodesse . dolentibus autem plurimum
obesse . Statim abiecta desperatione et ad ea que
agenda restabant me converti . Itaque eorum
exequias fieri precepi debito quidem pie ac
honorabiliter feci celebrari . eorumque animas altissimo
commendavi quas in eterna pace ipse deus re-
quiescere faciat / Quod autem amicicie reverende

conservata amicicia et caritas inviolata

caritatis et benivolencie michi erga illum
erat . sicut te erga vos omnes puram inviolatamque
apud me semper conservari . Et quod egi

oblatio pulchra adimplanta

circa quod in vestram commoditatem ac honorem
redundaturum sit esse possit considerabitis .
Quod interit hoc ipsum michi significabitis . effectu
enim cognoscetis nil deerit quod in mea
~~[illegible]~~ fuerit potestate / Nec alia quod valete
pater et princeps honorande . cui fratribus vestris
carissimum me semper commissum habete /

Baptista Cigala miles
et legum doctor

Reverendissime in Christo pater et princeps Illustrissime domine
[illegible] ac Magnifici [illegible] et [illegible] domini
ac maioribus suis honorandis /